

cijs duo versantur Deus & Homo, quorum etiam diversa ratio est habenda. Nam hominū quidem interitu æquissimum est commoveri: Deum vero si spectemus, utiq; illius justitia est prædicanda, quia nemini injuriam facit.

CAPUT XXIII.

QUOMODO ANIMA DEVOTA
Deum contempletur ceu æternam
Sapientiam.

Actor 15. *Notum a seculo Domino opus suum.*

DEus ordinat, gubernat, regit & moderatur omnia secundum insperscrutabilem suam Sapientiā; Descriptio Sapientia ut est Isaia 45. *Vocabi te nomine tuo, & & admirabilis* non cognovisti me. Ego Dominus, & non est Oeconomia divina. amplius, & extra me non est Deus: formans lucem & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc. *Væ qui contradicit fictori suo testa de Samiis terræ. Nunquid dicet lutum figulo suo, Quid facis, opus tuum absq; manibus est. Væ qui dicit patri, Quid generas? & mulieri, Quid parturis? Hæc dicit Dominus sanctus Israël, plastes ejus, Ventura interrogate me, super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi. Ego feci*